

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Henrici Hottingeri Henr. ex Henr. Nep. S. Theologiae &
Antiquitat. Jud. Acad. Marburg. Prof. Ord. Typus Doctrinae
Christianae In Usus Institutionis ...**

Hottinger, Johann Heinrich

Francofurti ad Moenum, Anno MDCCXIV.

VD18 12542598

Benevolo Lectori, Spiritum Sapientiae coelestis & fausta quaeque apprecatur
Ioh. Henr. Hottingerus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)


Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216057](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216057)



BENEVOLO LECTORI,
Spiritus Sapientiæ cœlestis & fausta
quæque apprecatur

Job. Henr. Hottingerus.

Minimè miror, si miraris, quòd animum
ad tale scribendi genus accinxerim. Non
enim ignoro, illud vulgò inglorium, in-
utile, si non noxium haberi, traduci. At quam-
vis hæc ex plurimorum opinione ita se habeant,
tantam tamen in animo meo vim non relinque-
bant ad propositum abrumpendum. Reliquis-
sent quidem, si laborum meorum metam quam-
dam in Orbe Eruditorum famam vel gloriam
præfixissem. Verùm alius laboris hujus scopus
finisque. Majorem arbitrabar rationem haben-
dam esse utilitatis. Cum illis ego minimè sentio,
qui opinantur, scribi nihil debere, nisi quod ra-
rum, novum, inauditum. Habent hæc scripta

) 2

pluri-

plurimum perparum emolumentum, & non obscure indicant, Auctorem impense honori suo velificari. Sed regeres, diversam ab hac eligendam fuisse materiam, si, quod modo dixi, aliis prodesse proposui, quum plurima jam prostant Theologiae Systemata hoc & prolixiora & doctiora. Non abnuo. Utilitatis tamen rationem habui, non quidem, quae vel in publicum vel in exercitatos redundatura, sed praecipue Auditorum meos. Testes illos voco, qui alios in studiis informandos ducendosque habent, annon & majori facilitate & fructu institutio juxta propriam Methodum & argumentorum selectum peragatur, quam si alius, etiam minimè contemnendus Auctor, explicandus est. Quoties enim evenit, ut jam ordo displiceat, jam argumenti vis, jam aliud aliquid? Hac verò non unà ratione impedimentum institutioni obmovere solent. Quare ut hac rescarem, Auditoribus meis (quibus me totum, Deo ita volente, debere agnosco) majus commodum praeberem, molestiam hanc, etiam nullum daturam honorem, subterfugere nolui. Aliorum similem laborem arrodere, atque iis meum praeferre, nec licet, nec libet. Tu quisquis es, Benevole Lector, ipse, si tempus vacat, quid à me praestitum sit, sive in ordine sive in perspicuitate sive in argumentorum selectu, ad quae non sine omni cura me attendisse fateor, optimè cognosces.

Judex

Judex in proprium
est, quod mihi
dem, quod ei
clare soleant,
cernunt, quae
pacem Ecclesi
ptandam mora
atque et
dationis ratio
nem jure offer
is assentiri non
non alia thema
quae proxime
tro primum &
inculcanda fun
alia, quae fund
ptura existare,
tionem System
Is prudentiae &
mihi videtur,
culos fundame
discrimen, ag
amicitiae, qui
Alias cujusvis
terioribus dis
ferre, modè
exagritandi, co
solum negat se
extorquendi

& non ob
honoris suo
hac eligen-
do dixi, aliu
am prostem
xiora & do
enerationem
alicum vel in
puē Audito
lios in studi
, annon &
o juxta pro
um selectum
minime con
st. Quoties
at, jam argu
ac verò non
ationi obmo
m, Auditori
ita volente
m praberem
turam hono
in similem la
præferre, nec
Benevole Le
me praticum
are five in ar
on sine omni
ne cognosces
Judei

Judex in propria causa esse nolo. Sed gravius est, quod mihi forsan alii objicient, & hoc quidem, quod ejusmodi scripta **Controversias** tractare soleant, quæ fidei fundamentum non concernunt, quæ tamen animos exacerbant, atque pacem Ecclesiasticam præ quavis alia re exoptandam morantur. Ejusmodi materiam rariùs attigi, atque etiam tum, quando attigi, eam tractationis rationem tenui, quæ, ut arbitror, neminem jure offendit, lædit. Cæterum fateor, me iis assentiri non posse, qui existimare videntur, non alia themata in Scholis tractanda esse, quàm quæ proxime salutem spectant, quamvis his ultro primum & præcipuum locum, & quæ sæpiùs inculcanda sunt, assignem. Nemo ignorat, tot alia, quæ fundamentum fidei non tenent, in Scriptura exstare, atque hæc ad Verbi divini illustrationem Systemati inferere quis jure culpabit? Is prudentiæ & modestiæ legibus jam satisfecisse mihi videtur, qui magnum, quod inter fidei articulos fundamentales atque non fundamentales discrimen, agnoscit, neque ejus communioni & amicitia, qui circa hos aliter sentit, renunciat. Aliàs cujusvis libertati relictum esse debet de posterioribus dissentire, & dissensûs rationes proferre, modò absit animus litigandi, personas exagitandi, consequentias, quas altera pars non solum negat sed & animitùs detestatur, invidiose extorquendi traducendique. Nec dubito, quin

eucliois placide, absque præjudiciis, affectibus, solius veritatis indagandæ causâ instituta multum, si non ad Controversias tollendum, saltem minuendum, mutuam fraternam tolerantiam producendum, si non apud omnes, quosdam minimùm, factura sit. Frustra verò expetitur aut expectatur in præsentì rerum humanarum statu tempus, omnes de controversiis thematicis discursus scriptaque alto silentio abscondens. Hæc de præsentì instituto præfari volui. Faxit DEUS, ut lux veritatis simul ac charitatis Ecclesiam Christianam magis magisque collustret !

ALLO-

2222

ALL

M Emini, n
studii &
cendæ promissi
dedi, ob archi
liberare non lie
ad eandem usu
pendatis, rogo

R

in u

ritè duc

I. Ante omnia a
de, verari te
omnipotentis.
II. Sint itaque
cundæ volun
III. Nec alium
menti siste, q
aut dignitatem
IV. Assuesce De
ludæ & integra